Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

49

istis meis non contenti, pœnas quasq; aliquas
expetitis: satis ego multas hactenus tum cor=
poris, tùm animi dedi pœnas: corporis quidē,
eò quod mores societatis IESV mihi prorsus
infixi hærentes, p multas ubiq; p secationes
peperemit; animi uerò, quia horam mœrore
uacuam adeò habui nullam, ut dormiens etiam
uiduitq; fuerim, cum casum hunc meū deplora=
rem, tanquām intermortuus uocibus clamare;
Miseremini mei, miseremini mei, uos saltem
amici mei: quia manus Domini tetigit me.
Aut si condonatis pœnis, merita tantum postu=
latis aliqua: tunc recordamini, quòd fideliter
apud uos totum Philosophiæ curriculum docendo
biennio absoluerim & breui eo tempore non
minus præstiterim, quam qui antè me istic
Philosophiæ Professores fuerunt, toto triennio
præstiterant: quidq; neminē meorū discipulorū,
nec quemquam alium à fide Catholica auer=
terim, sed omnes in ea multis rationibus confir=
marim: quod denique à uobis ita discesserim,
ut de meis libris, & scriptis ne chartulam
quidem mecum extulerim illam, atq; hoc loco